

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendo uiro, erudituione & uirtute praestanti, D.Georgio Buchholtzer,
pastori ecclesiae Dei in urbe Arctoa, amico suo colendo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

quorum moderatione & sapiētia aliquo modo mitigentur mala publica. De carne ferina agite reuerenter gratias meo nomine. Vobis quoque pro uase ego gratias: & peccium mitterem, si quantum esset scirem. Vicissim autem pagellas & Principi & uobis mitto. Laudatio cōiugis ducis Prusie ita scripta est, ut uelut imago Principis matronæ sit, à qua uirtutum exempla petantur. Et laudes eius aliquò ad familiam Marchionum pertinent. De N. & N. barba, et circuitu, uoluntati pij Principis in his rebus & similibus ego obtemperarem. Sed sepe derisus sum, propter moderatiores opiniones. Bene ualete. Die 4. Februarij.

Reuerendo uiro, eruditione & uirtute præstanti, D. Georgio Buchholtzer, pastori Ecclesie Dei in urbe Arctoa, amico suo colendo,

S. D. Reuerende uir, & amice charissime: utinam hic ueniens quinquagesimus annus sit faustus & felix Ecclesie & Reipublice, & uerè sit lubileus, & mitigationem adferat calamitatum publicarum & priuatarum. Pro piris & ferina uobis gratias ago: etsi magis uelim uos mea causa non onerari sumptu: beneuolentia tamen delector. Et toto pectore opto, ut inter omnes qui docent Ecclesias, uera sit & firma, ac non fucata amicitia. Certè semper

per coniungere uoluntates, non distrabere studuit.
 Filius scripsit carmen laude dignum ad ducem Me-
 gapolitanum, quod hinc editum est: spero & uobis
 uoluptati fore. De euectione frumenti, aua mode-
 rari cupiditates hominum legibus et seueritate poe-
 narum debet: ut sunt ueteres ea de re leges. Concio-
 nator plus non potest facere, quam ut hortetur au-
 ditores, ut sint pij in patriam, nec uelint fame ne-
 care pauperes in patria: ut Paulus dicit, maximè
 domesticorum inopie opitulandum esse. Bene ua-
 le, 1550.

Clariss. uiro, N. N. doceti illustrissimum
 Principem Marchionem N. N. &c.
 fratri suo charissimo.

Non dubium est, salutare principes diuinitus
 & dari, & regi. Quare à Deo petamus, praesertim
 in hac languida et delira mundi senecta, ut in his re-
 gionibus, in quibus Ecclesiarum niduli sunt, det bo-
 nos gubernatores & custodes. Sed tamen hoc quo-
 que uult Deus, rectè erudiri & preparari teneras
 mentes eorum, quibus genus humanum aditum ad
 gubernationem praebet. Hanc igitur felicitatè gra-
 tulator Principi tuo, quòd te doctiorem habet, qui re-
 ctè formae ipsius iudicium, & cum ad amorem do-
 ctrinarum et uirtutum accendis. Oro etiam Deum
 sapientiae fontem, ut tuos labores adiuet. Semper
 familia